

(1201) 1202, març, l

*Agnès, abadessa de Sant Daniel, firma a Ramon Bafarol una vinya que havia estat del mas de Vallguda, situada al terme de Vilafreser.*

ASD núm. 64, perg. orig., 65 x 310 mm. Hi ha còpia a ASD Llibre 11, f. 271v.

Sit notum cunctis quoniam ego Agnes, gratia Dei abbatissa Sancti Danielis et conuentus eiusdem loci damus atque laudamus tibi Raimundo Bafarol et tuis perpetuo ipsum honorem quem tu emisti de ipso manso nostro de Ualle Guda, scilicet unam uineam loco uocato Asenels et aliam uineam ad collum de Funuied, et aliam uineam in loco uocato ad ipsa Ual et senioraticum quod habuisti a Bernardo Uitali et Raimundo Uitali ipsius uinee quam Petrus Ademar tenet ad ipsa Ual et senioraticum ipsius uinee quam Gerallus tenet loco uocato Asenels. Est autem predictus honor in parrochia Sancti Saturnini Uilafreser. Predictum honorem uobis laudamus hoc modo ut donetis nobis annuatim de ipso honore et pro ipso duas sumatas uindimie optimas donec uinee durent in ipsis terris in quibus sunt plantate. Si forte uinee non essent in predictis terries donetis nobis tascham et braciaticum de fructibus quos Deus ibi dederit. Et ego Raimundus Bafarel recognosco et bona fide promitto per me et per successores meos tibi Agneti abbatisse et conuentui tuo ut superius dictum est adimplere, qui predictus honor fuit de ipso uestro manso de Ualle Guda, et de seruicio et censada eiusdem mansi, sicut bene probatum est a uobis per testes uestros et ego fateor.

Actum est hoc kalendis marcii anni .MCCI. ab Incarnacione Domini.

Sig+num Raimundi Bafarel. Sig+num Berengarii clerici, eius filii. Sig+num Berengarii Sanci de Perles. Sig+num Arnalli de Karrera, baiuli Sancti Danielis. Sig+num Maria de Palaria, deuote. Sig+num Saurina de Cursauel, deuote. Sig+num capellani Sancti Danielis. +Agnes, gratia Dei abbatisse.

Gielmus presbiter (s. *man.*) qui hac scripsit die et anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 166-167